



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

Murner, Thomas

Lucernae, 1528

VD16 M 7034

Praedicans Bernen.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29525

CONCLUSIO SECVNDA.

Zwinglio regulam præscribens, quod in nouo testamento clarum non est, eatur in uetus. Nunc quia hæc prophetia sufficienter iam audita in Euangelio & nouo testamento, a Christo confirmata sit. Neque illi prodest, quod ex Iohanne prædicans adportauit de antichristo, nam quod ibi uenisse scribit, non de eius persona est dictum, sed illius membris omnibus hæreticis & contrariis nobis Christianis, quorum caput est antichristus. Dicatis dñe prædicans breuiter quale sacrificium cessabit medio quarto anno in uniuerso orbe.

PRAEDICANS BERNEN.

Quia iterum D. Eckius inducit Danielis prophetiam de iuge sacrificio, illud declarans nullum aliud esse quam missam. Hodie pro hoc eius intellectu scripturas & declarationem ex nouo testamento postulauit, quum iuxta eius proposita missa sacrificium esse debeat noui testamenti, eiusmodi scripturas nondum audiui, sed ostendi iuge sacrificium crucis & laudis ab omnibus Christianis exposci. Nunc autem maior laus dei non est quam credere & amare, quum ex corde diligere poposcit, timeat, & in eum fidat, futurum ut huic sacrificio multa deerunt, sicut Christus docet Luc. xvij. Quum uenerit filius hominis, etiam ne fides in terra inueniet. Post hoc Matth. xxiiij. Christo de ultimis temporibus inquæte, dicit superabundantiam iniquitatem multorum cum refrigerante charitate. Circa hæc ostendit cessatio diuini cultus, & sacrificij laudis, quæ lex & prophetæ precipiunt. His ostendi primo mihi carere claras scripturas doctoris Eckij. Secundo cessationem recti & ueri cultus diuini, recti & ueri honoris Dei & laudis in ultimis temporibus.

D. ECKIUS.

Breuiter bene scit ex Christo antichristi temporibus paucos probos futuros, erit & cessatio fidei & charitatis plus medio & tribus annis. Daniel clare & dilucide loquitur iuge sacrificium cessare per annos tres cum medio, quod etiam tempus Iohannes meminit in nouo testamento. Ideoque oportet
dñm